BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 52v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ipea. et sic mundabitur a profluuio sangui-
nis sui. Ista est lex parientis masculum
et feminam. Quod si non inuenerit manus
eius nec potuerit offerre agnum. sumet
duos turtures. uel duos pullos columbe.
unum in holocaustum. et alterum pro peccato.
Orabitque pro ea sacerdos. et sic mundabitur.
Locutusque est dominus XIII
ad moysen et aaron dicens.
Homo in cuius carne et cute ortus
fuerit diuersus color siue pustula. aut
quasi lucens quippiam. idem plaga le-
pre adducetur ad aaron sacerdotem uel
ad unum quemlibet filiorum eius. Qui cum
uiderit lepram in cute et pylos in al-
bum mutatos colorem. ipsamque spe-
ciem lepre humiliorem cute et car-
ne reliqua plaga lepre est. et arbitri-
um eius superabitur. Sin autem lu-
cens candor fuerit in cute. nec humi-
lior carne reliqua. et pili coloris pri-
stini. recludet eum sacerdos. vii. die-
bus et considerabit eum die. vii. et si quidem
lepra ultra non creuerit nec transierit
in cute priores terminos rursus in-
cludet eum. vii. diebus aliis. et die. vii.
contemplabitur. Si obscurior est lepra
et non creuerit in cute. mundabit eum
quia scabies est. lauabitque homo ue-
stimenta sua et mundus erit. Quod si
postquam a sacerdote uisus est et
redditus mundicie. iterum lepra cre-
uerit adducetur ad eum. et in mundi-
cie condempnabitur. Plaga lepre si fu-
erit in homine adducetur ad sacerdo-
tem et uidebit eum. Cumque color al-
bus in cute fuerit et capillorum mutaue-
rit aspectum. ipsa quoque caro uiua ap-
paruerit lepra uetustissima iudi-
cabitur atque in olita cuti. Contamina-
bit eum itaque sacerdos et non reclu-
det quia perspicue immundicia est. Sin
autem effloruerit discurrens in cute
lepra. et cooperuerit omnem carnem a
capite usque ad pedes quicquid sub as-
pectum oculorum cadit considerabit e-
um sacerdos et teneri lepra in mundis-
sima iudicabit eo quod omnis in can-
dorem uersa sit et idcirco homo mun-
dus erit. Quando uero caro uiuens
in eo apparuerit tunc sacerdotis iudi-
cio polluetur. et inter inmundos re-
putabitur. Caro enim uiua si lepra as-
pergitur inmunda est. Quod si rursum
uersa fuerit in alborem. et totum homi-
nem operuerit considerabit eum sacer-
dos et mundum esse decernet. Caro et
cutis in qua ulcus natum est et sa-
natum et in loco ulceris cicatrix ap-
paruerit alba siue subrufa. adducetur
homo ad sacerdotem. qui si uiderit lo-
cum lepre humiliorem carne reliqua et
pylos uersos in candorem. contami-
nabit eum. Plaga enim lepre orta est
in ulcere. Quod si plus est coloris pristini
et cicatrix sub obscura et uicina car-
ne non est humilior. recludet eum. vii.
diebus. et si quidem creuit adiudica-
bit eum lepre. sin autem steterit in
loco suo. ulceris est cycatrix et homo
mundus erit. Caro et cutis quam ig-
nis excusserit et sanata albam siue
rufam habuerit cicatricem. considerabit
eam sacerdos. et ecce uersa est in albo-
rem et locus eius reliqua cute humi-
lior. contaminabit eum quia plaga
lepre in cicatrice orta est. Quod si pilorum
color non fuerit inmutatus. nec hu-
milior carne reliqua. et ipsa lepre spe-
cies fuerit sub obscura. recludet eum
vii. diebus et die. vii. contemplabitur.
Si creuerit in cute lepra contamina-